

Psalmus responsorius

Ps 31, 1-2. 5. 7. 11 (R̄.: cf. 5c)

R̄. Remitte, Dómine, culpam peccáti mei.

¹ Beátus, cui remíssa est iníquitas
et obtéctum est peccátum.

² Beátus vir, cui non imputávit Dóminus delíctum,
nec est in spírítu eius dolus. R̄.

⁵ Peccátum meum cógnitum tibi feci
et delíctum meum non abscondi.
Dixi: «Confitébor advérsus me
iniquitátem meam Dómino».
Et tu remisísti impietátem peccáti mei. R̄.

⁷ Tu es refúgium meum, a tribulatióne conservábis me;
exultatióne salútis circúmdabit me. R̄.

¹¹ Lætámini in Dómino et exultáte, iusti,
et gloriámini, omnes recti corde. R̄.